bus vos poterunt informare.

Item questiones omnes et causas[13], quas movetis[1,12] et etiam que contra vos per aliquos pro parte curie nostre movebuntur, si sunt ponderosa, antequam subeatis iudicium causarum ipsarum, curie[13] nostre[2,13] nunciatis; et postmodum vobis mandabimus nostre super hiis beneplacitum voluntatis.

Item in[14] omnibus[3,15] senteneiis[4,15] latis super fiscum nostram secundum consilium patronorum et advocatorum predictorum prosequenerim ipsas, prout secundum iusticiam fuerint prosequende, et quoque super causis predictis tractare habebitis in principio si- delicet seu medio seu in fine questionum ipsarum, procedatis[5,16] secundum consilium patronorum et advocatorum ipsorum.

Item processumque contingerit[6,17] questionem aliquam moveri[7,18] contra vos per aliquos vel per vos pro parte eiusdem curie nostre contra personas aliquas, de toto processu questionis ipsius, ante quam per iudices magne curie nostre sentencia proferatur, vos seu patroni et advocati nostri[8,19] predicti[9,20] nostram inde conscientiam consultetis; et si maiestati nostre placuerit, postmodum ad sentenciam procedatur.

Item volumus et mandamus, quod quilibet vestrum in nostris causis tam in agendo quam defendendo sit procurator in solidum, ita quod occupantis non sit melior conditio, sed ambo, licet ab uno causa sit cepta, possitis corrigere et instruere causam totam; ita sicut ambobus in uno, ~~vestrum~~ si ab uno vestrum causa cepta fuerit, altero vestrum absente, interceptor possit causam instruere et prosequi usque ad finem. Et ne nostris serviciis aliquatenus valeant[10,21] intervenire defectus, volumus et mandamus, ut[11], quocienscumque aliquem vestrum pro nostris serviciis aut alia de causa a curia[12,22] nostra[12,23] abesse contingerit, alter vestrum dictum officium nichilominus exequatur.

~~Et ...~~

12 1) quas movetis causas P V. 13 2) nostre curie V. 14 3) fehlt V. 15 4) senteneiis omnibus V. 16 5) procedetis V. 17 6) quemcumque V. 18 7) contingarint V. 19 8) ipsi V. 20 9) fehlt V. 21 10) valeat V. 22 11) et P. 23 12) nostre curie V.